

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

XCIII. An magistratus debet esse similis cani?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

verè Christiano, qui Dei spiritu ducitur, difficile non est. Nam ut viri boni litigantes oderunt injustam causam, adversarium verò nihilominus amant: Sic etiā Christiani principes, hostium immanitatem detestantur, viros ipsos amicè amplectuntur. *Conclusio.* Ex his itaque perspicue intelligitur, Christianis principibus legitimis bellis interdictum non esse. Quod utnam omnibus ex æquo sine malitia persuasum esset, ne tot pessim audirentur querelæ de bellis civilibus & rerum publicarum eversionibus.

## XCIII.

*An Magistratus debet esse similis Cani?*

MAGISTRATUM seu ἄρχοντα Plato lib. 2. de Rep. vocat φύλακα, id est, custodem, quod ejus officium sit castodire rem, Ac rectè comparat eum generoso cani: Hic enim ut ad sensum sagax est, & velox, atq; expeditus ad id quod sentitur persequendum, & robustus, si adhibenda fuerit vis ad dimicandum, mansuetus deniq; erga familiares, & ferus adversus ignotos: Sic magistratus sit sagax & prudens, & natura ejus ita mansueta, ut sit quoque iracunda, seu duocordis & vehe mens: ut possit hostem fortiter arcere, supplicium improbis statuere, suos sub legum praefidio tueri, bonis præmia dare. Ad sum-

marum

mam vult sepienter Plato: Magistratus natu-  
ram ita exultam esse debere, ut opportunè  
norit & possit parcere subjectis, & debella-  
re superbos. Itaq; Platonis sententia est ita  
accienda, ne pugnet cum his Ciceronis 2.  
Officiorum: Ita maximè est prohibenda in  
puniendo. Et iratus ad poenam qui accedit,  
nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ  
est inter Nihilum & parum.

## XCIII.

*An promissio jurejurando facta latroni redimen-  
dæ pecunie causa justè servetur?*

Affirmatur.

**S**ÆPQ queritur: an, si quis latroni se pe-  
cuniam daturum jurat, ut vitam redimatur,  
obstringatur ad præstationem. Affirma-  
tionem sustinemus his argumentis: 1. Asse-  
veratio de re possibili & licita facta cum in-  
vocatione veri Dei, qua perimus, ut sit testis  
dictorum, & puniat fallentes, & nos ipso re-  
ste ad pecuniam obligamus secundum ipsius  
comminationem, quasi arguentes eum men-  
daciū, si non panisat fallentes, est servanda.  
Juramentum latronibus aut insidiatoribus  
datum de pecunia est talis asseveratio. Ergo  
servandum. 2. Idem ferè hoc est. Quicquid  
juratum fuerit, quod cum favore Dei & sine  
peccato præstari potest, omnino præstandum  
est.